

eam confecit. leges pacis in hunc modum dicte: Eugenius pontifex Alphonsum Regem Neapolitanum decernat/ appelletque/ Ferdinando Regis filio (Lui Rex post mortem Regnum destinauerat) potestatem succedendi faciat: Terracina namque Regno adiciat. Alphonsum contra. Eugenij auctoritati se subiciat atque opituletur ad agrum picenum (quem Sfortias occupauerat) vindicandum/ si quando pontifex aduersus Turchos aut afros bellum suscipiat: Rex cum classe adiuuet: Sacerdotes regnorum suorum sub concilio preceptu Basileam profectos reuocet. Nec paciatur tres ex suis qui Cardinales sub Amedeo Sabaudiensi creati fuerant reuertentes pro cardinalibus suscipi haberi ve/ Matricem ciuitem ducalem/ atque acumulum in Marsis oppida Romane ecclesie tradat. Traiecit deinde in picenum Alphonsum et que supra relata sunt. felici cursu perrexit. Exin domum rediens cum Benuensibus duce Raphaelo Adamo ea lege pacem fecit. ut bello ablata nemini petendi ius esset. Nec Regis hostes Benuensis populus. Nec Rex Benuensium recipet. illos ve comenatu adiuuaret. Benuenses Regi quot annis dum uiueret honoris gratia pateram auream dono darent: ac Neapolim mitterent. Post hec Anthonius paterna stirpe Lentilia. per matrem Clintimilius qui multa in Apulis egregia facinora Alphonso gratia fecisset. ad fontem populi non procul a Theano. quo iussi erant Regni principes conuenire cum equitibus. ccc. profectus tanquam vnus ex purpuratis auctoritate maioribus interficere constituisset apud Regem accusatus: clam fugiens Latanzanum ditioni sue oppidum repetijt: extinctasque Regni lites excitare conatus: non solum vicinos proceres. sed Venetos et alios Italie potentatus: ut in Regem arma susciperent: et litteris et nuncijs inuitauit: sed frustra illi cuncta successere. Quia Rex cum copijs aduersus eum profectus: et cretonem urbem et omnem ei reliquum agrum ademit. Ipsumque in Latanziano